Ocia furtiuum nec timor urget opus.
Cum mora non tuta ē totis incūbere remis.
Vtile & admisso subdere calcar equo.
Finis adest operi. palmam date leta iuuentus.
Sertaq; odorate. myrtea ferte come.
Quantus apud danaos polidanus arte medendi.
Eacides dextra. pectore nestor erat.
Quantus eras calcas extis thelamonius armis.
Anthemodon curru tantus amator ego.
Me uatem celebrate uiri. mihi dicite laudes.
Cantetur toto. nomen in orbe meum.
Arma dedi uobis dederat uulcanus achilli.
Vincite muneribus. uicit ut ille datis.
Sed quicunq; meo. superabit amazona ferro.
Inscribat foliis naso magister erat.
Ecce rogant tenere sibi dem precepta puelle.
Vos eritis charte. proxima cura mee.

Ouidii liber .iii. de arte amādi.

Arma dedi danais. in amazones: arma sŭpst.
Que tibi dee. & turbe penthesilea tue.
Ite in bella pares. uīcant quibus arma dione.
Fauerit & toto. qui uolat orbe puer.
Non erat armatis tutum concurrē nudas.
Sic etiam uobis uincere turpe uiri
Dixerit e multis aliqs quid uirus in angues.
Addicis. & rapido tradis ouile lupo.
Parcite paucaz diffundere crimen in omnes.
Spectetur meritis. queq; puella suis.
Si minor atrides helenem. helenesq; sororē.
Quo premat atrides. crimine maior habet.
Si scelere oeclides thelamonie eriphyle.
Viuis & in uiuis ad styga uenit equis

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
BIBLIOTECA APOSTOLICA VATICANA
© Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.ub.uni-heidelberg.de/diglit/bav_pal_lat_1668/0164
MANFRED LAUTENSCHLÄGER STIFTUNG